

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 3097

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Jersey, Saint-Héliier (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1236, 2 novembre

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Vidimus et confirmation par Henri III de la Charte de Henri II, qui confirmait à l'abbaye de St Héliier de Jersey et aux chanoines y servant Dieu, toute la charruée de terre que Jourdain de Barneville tenait du Roi dans l'île de Jersey aux confins de Crapoudoit, laquelle charruée ledit Jourdain avait vendue à Benjamin, abbé, et aux chanoines de St Héliier (1172-1175). Il confirmait aussi certaine terre dans les domaines de Barneville et de la Haye du Puits (Manche) vendue par le même Jourdain.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 235, p. 318-319.

Texte établi d'après a

Henricus Dei gracia Rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie, Aquitanie et comes Andegavensis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem. Inspeximus confirmationem Henrici Regis avi nostri in hec verba : Henricus Dei gracia Rex Anglie et dux Normannie et Aquitanie et comes Andegavensis archiepiscopo Rotomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbatie Sancti Elerii de Gerseio et canonicis ibidem Deo servantibus pro amore Dei et pro salute mea et liberorum meorum in perpetuam elemosinam totam carucatam terre cum omnibus pertinenciis suis quam Jordanus de Barnevilla de me tenebat in insula Gerseii in confinio de Crapoudoit quam carucatam predictus Jordanus coram me rationabiliter vendidit Benjamino abbati et canonicis Sancti Elerii et illam terram quam eis vendidit in territoriis de Haya et in territorio de Barnevilla. Quare volo et firmiter precipio quod eadem abbatia et canonici hec predicta habeant et teneant libere et quiete et integre et plenarie et honorifice cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Testibus Willelmo filio Hamonis, Hugone de Gundevilla, magistro Radulfo de Tamword, comite Reginaldo, Ricardo de Caunvilla, Willelmo de Ostilho, apud. ....

Nos igitur predictam concessionem et confirmationem ratam et gratam habentes pro nobis et heredibus nostris eam concedimus et sigillo nostro confirmamus sicut predicta confirmatio rationabiliter testatur, hiis testibus W. Carleolensi episcopo, R. comite Pictavensis et Cornubiensis, Hugone de V....., Waltero de Clifford, Amauricio de Sancto Amando, Hugone dispensatore, Waltero Marescallo, Galfrido dispensatore, Bartholomeo Peche, et aliis.

Datum per manum venerabilis patris R. Cycestrensis Episcopi cancellarii nostri apud Wudestocam secundo die  
Novembris anno regni nostri vigesimo.